
OTÁZKY SZZ

PRO STUDIJNÍ PROGRAM FILOSOFIE

OBOR FILOSOFIE HUMANITNÍCH VĚD (DÁLE FHV)

TATO VERZE OTÁZEK K SZZ JE PLATNÁ OD AR 2012/13, I PRO DALŠÍ AKADEMICKÉ ROKY

A: *dějiny filosofie*

B: *sociální a politická filosofie nebo logika či etika*

C: *příslušná primární a sekundární literatura k otázce*

D: *tematicky zaměřený text z latinsky psaného filosofického dědictví (při zkoušce lze na něm ukázat problematiku daného tématu)*

VYSVĚTLIVKY:

Téma rozpravy státní závěrečné zkoušky z oboru FHV je rozděleno do čtyř oddílů:

- První oddíl (A) představuje období dějin filosofie, o které kandidát souvisle pojedná.
- V druhém oddílu (B) jsou zařazena podtémata, která se týkají buď sociální či politické filosofie, logiky nebo etiky a rámcově souvisejí s obdobím, o kterém byl první oddíl.
- V třetím oddílu (C) jsou uvedeny prameny nebo jejich části, jejichž znalost se u zkoušky vyžaduje. Pokud je pramenné literatury vzhledem ke zkoušenému období dějin filosofie nedostatek, jsou ve třetím oddílu zařazeny i texty ze sekundární literatury.
- Čtvrtý oddíl (D) obsahuje krátký latinský úryvek, týkající se tématu otázky. Někde – zvláště u otázek z dějin filosofie 19. a 20. století – text nemusí vždy korespondovat s obdobím dějin filosofie, které jsou předmětem zkoušky, avšak vždy souvisí s tématem otázky (s filosofickým problémem, na který se otázka ptá). Znalostí tohoto textu a schopností interpretace jeho obsahu prokáže probant svoji elementární orientaci v latinských filosofických textech a schopnost jejich překladu. U některých textů jsou v závorkách upozornění na smysl textu.

SZZ JE SLOŽENA ZE DVOU ČÁSTÍ, JEJICHŽ POŘADÍ SI URČUJE KANDIDÁT SÁM:

- **ROZPRAVA:** ORIENTAČNÍ ČAS ROZPRAVY JE CCA 60 MINUT. JEDNÁ SE O ROZPRAVU NAD OTÁZKOU, LITERATUROU K OTÁZCE A VÝKLADEM LATINSKÉHO TEXTU, KTERÝ JE SOUČÁSTÍ OTÁZKY. KONKRÉTNÍ DÉLKA ZKOUŠENÍ KAŽDÉHO JEDNOTLIVÉHO STUDENTA JE V KOMPETENCI PŘEDSEDY ZKUŠEBNÍ KOMISE.
 - **OBHAJOBA BAKALÁŘSKÉ PRÁCE:** ORIENTAČNÍ DOBA OBHAJOBY JE CCA 30 MINUT.
-

1. OTÁZKA

A: **Předsókratovská filosofie**

řecká mytologie, zlomky předsókratovských myslitelů, parmenidovská a hérakleitovská metafyzika

B: sociální a politické myšlení v období antické civilizace

C: zlomky předsókratovských myslitelů, Hérakleitos - Řeč o povaze bytí

D: vybrané zlomky

Thales

Thales enim Milesius, qui primus de talibus rebus quaesivit, aquam dixit esse initium rerum, deum autem eam mentem, quae ex aqua cuncta fingeret.

Anaximadros

Anaximadros putavit, non enim ex una re sicut Thales ex umore, sed ex suis propriis principiis quasque res nasci. Quae rerum principia singularum esse credidit infinita, et innumerabiles mundos gignere et quaecumque in eis oriuntur eosque mundos modo dissolvi modo iterum gigni existimavit, quanta quisque aetate sua manere potuerit, nec ipse aliquid divinae menti in his rerum operibus tribuens.

Herakleitos

Corpora nostra rapiuntur fluminum more. Quidquid vides currit cum tempore; nihil ex iis quae videmus manet; ego ipse, dum loquor mutari ista, mutatus sum. Hoc est quod ait Heraclitus: „In idem flumen bis descendimus et non descendimus.“ Manet enim idem fluminis nomen, aqua transmissa est. Hoc in amne manifestius est quam in homine.

2. OTÁZKA

A: **Antropologický obrat a athénská škola**

sofisté versus sókratovská tematizace člověka, Sókratés

B: pojetí „polis“ u Sókrata

C: Jan Patočka o Sókratovi

D: O Sókratovi z Cicerona

Marcus Tullius Cicero: Tusculanae disputationes

Sed ab antiqua philosophia usque ad Socratem, numeri motusque tractabantur, et unde omnia orerentur quove reciderent. Socrates autem primus philosophiam devocavit e caelo et in urbibus conlocavit et in domus etiam introduxit et coegit de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere. Cuius multiplex ratio disputandi rerumque varietas et ingenii magnitudo Platonis memoria et litteris consecrata plura genera effecit dissentientium philosophorum, e quibus nos id potissimum consecuti sumus, quo Socratem usum arbitrabamur, ut nostram ipsi sententiam tegeremus, errore alios levaremus et in omni disputatione, quid esset simillimum veri, quaereremus.

3. OTÁZKA

A: **Platón**

Platónova nauka o idejích, člověku a společnosti; dialogy a jejich filosofický status

B: Platónův ideální stát a ústava

C: Platón - Faidón, Politikos, Ústava, Timaios, Menón

D: Apuleius – „Platon a jeho názory“

Apuleius: De dogmate Platonis

Initia rerum esse tria arbitratur Plato: deum et materiam inabsolutam, informem, nulla specie nec qualitatis significatione distinctam, rerumque formas, quas ideas idem vocat. Sed haec de Deo sentit, quod sit incorporeus. Is unus, ait, aperimetros, genitor rerumque omnium exstructor, beatus et beatificus, optimus, nihil indigens, ipse conferens cuncta. Quem quidem caelestem pronuntiat, indictum, innominabilem, ut ait ipse, aoraton, adamaston; cuius naturam invenire difficile est; si inventa sit, in multos eam enuntiari non posse. Platonis haec verba sunt: *theon heurein te ergon, heuronta te eis pollous ekpherein adynaton* (větu kurzívou nepřekládat – je řecky!). Materiam vero inprocreabilem incorruptamque commemorat, non ignem neque aquam nec aliud de principiis et absolutis elementis esse, sed ex omnibus primam, figurarum capacem fictionique subiectam, adhuc rudem et figurationis qualitate viduatam, deus artifex conformat universam.

4. OTÁZKA

A: **Aristotelés**

Aristotelova kritika platonismu a jeho metafyzika

B: Aristotelova východiska hledání spravedlivého uspořádání řeckého městského státu a základy aristotelské logiky

C: Aristotelés (Metafyzika – knihy I, IV, V, VII, X, Etika Nikomachova, Kategorie, Druhé Analytiky)

D: O pravdě – Tomáš Akvinský a citáty z Aristotela

Thomas Aquinas: De Veritate

Illa, quorum est una dispositio, sunt eadem; (atque) veri et entis est eadem dispositio; ergo sunt eadem. Dicit Aristoteles enim in II. (libro) Metaphysicae „dispositio rei in esse est sicut sua dispositio in veritate“; ergo verum et ens sunt omnino idem. Item, si non sunt omnino idem, oportet quod verum aliud super ens addat; sed nihil addit verum super ens, cum sit etiam in plus quam ens. Quod patet per Aristotelum in IV. (libro) Metaphysicae, ubi dicit quod verum definientes dicimus „quod dicimus esse quod est aut non esse quod non est“, et sic verum includit ens et non ens; ergo verum non addit aliquid super ens, et sic videtur omnino idem esse verum quod ens.

5. OTÁZKA

A: **Helénistické období**

stoicismus, středoplatónská filosofie, skepticismus a epikureismus, novoplatonismus a jeho varianty

B: Sociální a politické teorie období republikánského a císařského Říma

C: Lucretius - O podstatě světa, Epikúros - List Menoikeovi, P. Hadot - Plótinus čili prostota pohledu, H. Long - Helénistická filosofie

D: O Epikurovi a stojcích od Cicerona a Seneky

K tématu Epikurejců:

Marcus Tullius Cicero: Tusculanae disputationes

Vides, ut Epicurus cupiditatum genera diviserit... Quocirca corpus gaudere tam diu, dum praesentem sentiret voluptatem, animum et praesentem percipere pariter cum corpore et prospicere venientem nec praeteritam praeterfluere sinere. Ita perpetuas et contextas voluptates in sapiente fore semper, cum expectatio speratarum voluptatum (cum) perceptarum memoria iungeretur.

K tématu stoiků od Seneky:

Lucius Annaeus Seneca: Epistulae

Nos (rozuměj stoikové) nunc primam et generalem quaerimus causam. Haec simplex esse debet; nam et materia simplex est. Quaerimus quid sit causa? ratio scilicet faciens, id est deus; ista enim quaecumque retulistis non sunt multae et singulae causae, sed ex una pendent, ex ea quae facit.

6. OTÁZKA

A: **Období apologetů a východní patristika**

filosofie a křesťanství, dějiny od Justina po pozdní řeckou patristiku

B: apoftegmata pouštních otců viz (http://en.orthodoxwiki.org/Sayings_of_the_Desert_Fathers)

C: Klement Alexandrijský – Stromata, Origenes – Contra Celsum (výběr), Řehoř z Nyssy – Contra Eunomium (výběr)

D: Justin Filosof – první apologie

Iustinus: Apologia prima

Primam nostram generationem ignorantes, necessitate quadam ex humido semine per mutuum parentum mixtionem geniti sumus, atque in pravis moribus et nefariis institutis educati; ut necessitatis et ignorationis filii non maneamus, sed electionis et scientiae, et remissionem peccatorum, quae prius commisimus, consequamur in aqua; super eo qui regenerari voluerit, et peccatorum poenitentiam egerit, Parentis omnium et Domini Dei pronuntiatur, atque hoc ipsum tantummodo appellamus, cum eum baptizandum (rozumí se: „ten, který má být pokřtěn“) ad lavacrum deducimus. Nemo est enim qui nomen dicere non enarrabili Deo possit, aut si quis dicere audeat nomen illi inesse, is perdit insanit!

7. OTÁZKA

A: Západní patristika

otázka svobody a milosti v západní patristice

B. Sociální a politické teorie křesťanské provenience

C: Augustinus Aurelius – Vyznání, De civitate Dei

D: Augustinus – Vyznání

Augustinus Aurelius: Confessiones

Ubi te inveni ut discerem te? Neque enim iam eras in memoria mea priusquam te discerem. Ubi ergo inveni te, ut discerem te, nisi in te supra me? Et nusquam locus, et recedimus et accedimus et nusquam locus. Ubique, Veritas, praesides omnibus consulentibus te simulque respondes omnibus diversa consulentibus. Liquide tu respondens, sed non liquide omnes audiunt. Omnes unde volunt consulunt, sed non semper quod volunt audiunt. Optimus minister tuus est, qui non magis intuetur hoc a te audire quod ipse voluerit, sed potius hoc velle quod a te audierit. Sero te amavi, Pulchritudo tam antiqua et tam nova, sero te amavi! Et ecce intus eras et ego foris et ibi te quaerebam; et in ista formosa quae fecisti deformis irrueram. Mecum eras et tecum non eram. Ea me tenebant longe a te, quae si in te non essent, non essent. Vocasti et clamasti et rupisti surditatem meam. Coruscasti, splenduisti et fugasti caecitatem meam. Fragristi, et duxi spiritum, et anhelo tibi. Gustavi et esurio et sitio. Tetigisti me et exarsi in pacem tuam. Cum inhaesero tibi ex omni me, nusquam erit mihi dolor et labor; et vita erit vita mea, tota plena te. Nunc autem quoniam quem tu imple, sublevas eum; quoniam tui plenus nondum sum, oneri mihi sum.

8. OTÁZKA

A: Raná scholastika

Cassiodorus a Boethius; Spor o univerzálie, J. Scottus Eriugena, Anselm s Canterbury, Abélard, arabská filosofie

B: období rozpadu antické civilizace a nástup feudálního systému v Evropě

C: Boethius - Filosofie utěšitelka, Anselm z Canterbury - Proslogion, A. de Libera - Středověká filosofie

D: Boethius – rozdělení vědy podle metod (v díle O Trojici)

Ex A. M. S. Boethii – de Trinitate

... Optime dictum (est), eruditi sunt hominis unumquodque ut ipsum est ita de eo fidem capere temptare. Nam cum tres sint speculativae partes: naturalis, in motu inabstracta. (Naturalis) considerat etiam corporum formas cum materia, quae a corporibus actu separari non possunt, quae corpora in motu sunt ut cum terra deorsum, ignis sursum fertur, habetque motum forma materiae coniuncta. Mathematica, sine motu inabstracta (haec enim formas corporum speculatur sine materia ac per hoc sine motu, quae formae cum in materia sint, ab his separari non possunt). Theologica, sine motu abstracta atque separabilis (nam dei substantia et materia et motu caret). In naturalibus igitur rationabiliter, in mathematicis disciplinariter, in divinis intellectualiter versari oportebit neque diduci ad imaginationes, sed potius ipsam inspicere formam quae forma neque imago est et quae esse ipsum est et ex qua esse est.

9. OTÁZKA

A: Vrcholná a pozdní scholastika

recepce „arabského“ Aristotela, Albertus Magnus, Tomáš Akvinský a jeho pojetí vědy a víry, člověka, duše a politiky a dále nominalistické řešení sporu o univerzálie, analýza jazyka, R. Bacon, Duns Scotus, Vilém Ockham

B: Politické uspořádání společnosti u Tomáše Akvinského, etika přirozeného zákona

C: T. Akvinský - O jsoucnu a bytnosti, S. Sousedík - Jsoucno a bytí; Úvod do četby sv. Tomáše Akvinského, P. Floss - Architekti křesťanského středověkého vědění, V. Ockham - Vybrané texty z oboru logiky a metodologie

D: Tomáš Akvinský – proti Averoiistům – definování duše

Thomas Aquinas: De unitate intellectus

Accipienda est igitur prima definitio animae quam Aristoteles in secundo de anima ponit, dicens quod anima est actus primus corporis physici organici. Et ne forte aliquis diceret hanc definitionem non omni animae competere, propter hoc quod supra sub conditione dixerat: si oportet aliquid commune in omni anima dicere, quod intelligunt sic dictum quasi hoc esse non possit, accipienda sunt verba eius sequentia. Dicit enim: universaliter quidem dictum est quid sit anima; substantia enim est quae est secundum rationem; hoc autem est quod quid erat esse huius corporis, i. e. forma substantialis corporis physici organici. Et ne forte dicatur ab hac universalitate partem intellectivam excludi, hoc removetur per id quod postea dicit: quod quidem igitur non sit anima separabilis a corpore, aut partes quaedam ipsius si partibilis apta nata est, non immanifestum est; quarumdam enim partium actus est ipsarum. At vero secundum quasdam nihil prohibet, propter id quod nullius corporis sunt actus. Quod non potest intelligi nisi de his quae ad partem intellectivam pertinent, puta intellectus et voluntas. Ex quo manifeste ostenditur illius animae, quam supra universaliter definiverat Aristoteles dicens eam esse corporis actum, quasdam partes esse quae sunt quarumdam partium corporis actus, quasdam autem nullius corporis actus esse.

10. OTÁZKA

A: Renesanční filosofie

principy humanismu, reformace a její vliv na filosofii, M. Kusánský, G. Bruno, F. Bacon

B: Emancipace sociálních a politických teorií v kontextu renesance (N. Machiavelli)

C: M. Montaigne - Eseje, M. Kusánský - O ne-jiném, Soukromník o mysli, G. Bruno – Dialogy

D: Erasmus Rotterdamský – O svobodné vůli

Ex Erasmo Roterodamo – De libero arbitrio

Ceterum hic cavendum erat, ne, dum toti sumus in amplificandis fidei laudibus, subvertamus libertatem arbitrii, qua sublata non video, quo pacto possit explicari quaestio de iustitia deque misericordia dei... Pelagius, dum metuit iustitiae dei, plus satis tribuit libero arbitrio, a quo non ita multum absunt, qui tantum tribuunt voluntati hominis, ut ex naturae viribus per opera moraliter bona promereri possint gratiam illam supremam, qua iustificamur... Augustinus ex colluctatione cum Pelagio factus est iniquior libero arbitrio, quam fuerat antea. Contra Lutherus ante nonnihil tribuens libero arbitrio huc proventus est calore defensionis, ut in totum tolleret... Ex talium igitur hyperbolarum collisione nascuntur haec fulmina ac tonitrua, quae nunc concutiunt orbem. Quod si pars utraque pergat mordicus tueri suas hyperbolas, video talem pugnam inter illos futuram, qualis fuit inter Achillem et Hectorem, quos, quoniam erant pariter feroces, sola mors potuit dividere.

11. OTÁZKA

A: Karteziánský obrat a kontinentální racionalismus 17. a 18. století

Základní rysy novověké filosofie a novověkého obrazu světa; Descartes: metodická skepse; sebejistota vědomí; ontologický důkaz Boha; karteziánské pojetí světa - res cogitans a res extensa; occasionalismus; Spinoza: ontologie - substance, atributy, mody; psychofyzický paralelismus; antropologie a etika - problém svobody, amor Dei intellectualis; Leibniz: monadologie, předzjednaná harmonie, theodicea

B: Francouzské osvícenství a náboženská koncepce deismu – Voltaire, Montesquieu, Diderot, d'Alembert, Helvétius, Holbach, La Mettrie, Rousseau

C: Descartes: Rozprava o metodě; Leibniz: Monadologie

D: Rene Descartes – o podstatě a rozprostraněnosti

Renatus Cartesius: Principia (De substantia et re extensa)

Substantia quae nulla plane re indigeat, unica tantum potest intelligi, nempe Deus. Alias vero omnes (res), non nisi ope concursus Dei existere posse percipimus... Verumtamen non potest substantia primum animadverti ex hoc solo, quod sit existens, quia hoc solum per se nos non afficit!... Et quidem ex quolibet attributo substantia cognoscitur; sed una tamen est cuiusque substantiae praecipua proprietas, quae ipsius naturam essentiamque constituit, et ad quam aliae omnes referuntur... Nempe extensio in longum, latum et profundum, substantiae corporeae naturam constituit! Nam, omne aliud, quod corpori tribui potest, extensionem praesupponit... Ratione ostendi potest, et pondus, et colorem, et alias omnes eiusmodi qualitates, quae in materia corporea sentiuntur, ex ea tolli posse, ipsa integra remanente: unde sequitur, ex nulla ex illis (rozumí se: extensionis) naturam dependere.

12. OTÁZKA

A: Britský empirismus 17. a 18. století

Locke: analýza idejí; primární a sekundární kvality; otázka substance; Berkeley: kritika Lockových nedůsledností; „Esse est percipi“; otázka Boha; Hume: ideje a dojmy; principy asociace idejí; kritika pojmu kauzality a substance

B: Politický liberalismus

C: Locke: Esej o lidském rozumu; Hume: Zkoumání lidského rozumu

D: Newton – Matematické principy přírodní filosofie

Philosophiae naturalis principia mathematica

I. Causas rerum naturalium non plures admitti debere, quam quæ et veræ sint et earum phænomenis explicandis sufficient... Dicunt utique philosophi: Natura nihil agit frustra, et frustra sit per plura quod fieri potest per pauciora. Natura enim simplex est et rerum causis superfluis non luxuriat.

II. Ideoque effectum naturalium ejusdem generis eadem assignandæ sunt causæ, quatenus fieri potest.

III. Qualitates corporum („těles“) quæ intendi et remitti nequeunt, quæque corporibus omnibus competunt in quibus experimenta instituere licet, pro qualitatibus corporum universorum habendæ sunt... Per vim insitam intelligo solam vim inertiae. Hæc immutabilis est. Gravitatis recedendo a terra, diminuitur.

IV. In philosophia experimentalis, propositiones ex phænomenis („jevy“) per inductionem collectæ, non obstantibus contrariis hypothesibus, pro veris aut accurate aut quamproxime haberi debent, donec alia occurrerint phænomena, per quæ aut accuratiores reddantur aut exceptionibus obnoxiae.

13. OTÁZKA

A: Kant, Fichte a novokantovství

(Kant: Kritika čistého rozumu – transcendentální estetika, transcendentální analytika, transcendentální dialektika; Kritika praktického rozumu; Kritika soudnosti; Fichte: pojem vědosloví; rozdíl mezi idealismem a materialismem; absolutní Já jako pramen vší zkušenosti; absolutní Já, konečné Já a ne-Já; vznik vědomí a sebevědomí; Marburská škola - Cohen, Natorp, Cassirer; Bádenská škola – Windelband, Rickert; Vaihingerův fikcionalismus)

B: Kantova praktická filosofie; Fichtova politická filosofie

C: Kant: Prolegomena ke každé příští metafyzice; Základy metafyziky mravů

D: Balduin z Canterbury – traktát o rozlišování mezi míněním a realitou

Immanuel Kant: Nova dilucidatio

Principium primum et vere unicum propositio simplex sit necesse est; alias plures tacite complexa propositiones unici principii speciem tantummodo mentiretur. Si itaque est propositio vere simplex, necesse est, ut sit vel affirmativa vel negativa. Contendo autem, si sit alterutrum, non posse esse universale, omnes omnino veritates sub se complectens; nempe si dicas esse affirmativum („kladný“), non posse esse veritatum negantium principium absolute primum, si negativum („záporný“), non posse inter positivas agmen ducere.

14. OTÁZKA

A: Schelling a Hegel

(Schelling: pojetí absolutna jako základu vší skutečnosti; přírodní filosofie - princip polarity a stupňování; transcendentální idealismus; filosofie dějin; filosofie umění; filosofie identity; Hegel: logika - pojem absolutna a kategorie; dialektický samovývoj absolutna; absolutní idea jako vrcholná definice absolutna; filosofie přírody - příroda jako jinobytí absolutní ideje; filosofie ducha - umění, náboženství a filosofie jako formy sebepoznání absolutního ducha)

B: Hegelova filosofie práva

C: Hegel: Malá logika; Filosofie dějin

Benedictus de Spinoza: Ethica ordine geometrico demonstrata:

Propositio: Omnis substantia est necessario infinita. *Demonstratio:* Substantia unius attributi non nisi unica existit et ad ipsius naturam pertinet existere. Erit ergo de ipsius natura vel finita vel infinita existere. At non finita. Nam deberet terminari ab alia ejusdem naturæ quæ etiam necessario deberet existere adeoque darentur duæ substantiæ ejusdem attributi, quod est absurdum. Existit ergo infinita. *Scholium* (přelož jako „poznámka“): Cum finitum esse revera sit ex parte negatio et infinitum absoluta affirmatio existentiae alicujus naturæ, ergo omnem substantiam debere esse infinitam.

15. OTÁZKA

A: Rozpad Hegelovy školy, německý materialismus, marxismus a neomarxismus

starohegelovci a mladohegelovci; Bauer, Strauss, Feuerbach: kritika křesťanství; Marx, Engels: dialektický materialismus; neomarxismus: frankfurtská škola – Horkheimer, Adorno, Marcuse, Habermas

B: Marxův historický materialismus a kritika pozdního kapitalismu v dílech představitelů frankfurtské školy

C: Marx: Německá ideologie; Marcuse: Jednorozměrný člověk

D: Karel Marx – o sociální nerovnosti v době císaře Augusta (z maturitní práce)

Carolus Marx: An principatus Augusti merito inter feliciores reipublicae Romanae aetates numeretur?

Augusto principe semper viri, virtutis et sapientiae gloria praestantes, munere reipublicae fructi erant, nam Maecenate, Agrippa quis viros eo tempore majores nominare potest! Principis ingenium ipsum, quamvis nunquam simulationis integumentis nudatum conspicimus, ut jam diximus, potestate non abutens, invisam vim mitiore specie tegens videtur, et si respublica, qualis ante bella punica fuerit, illi tempori aptissima erat, quod animos („duchy“ ve smyslu „významné osobnosti“) ad magnas res excitabat, viros hostibus terribiles reddidit, pulchram inter patres („patricii“) plebemque aemulationem, a qua vero non semper invidia abest, evocavit, respublica, qualem Augustus instituerat, ejus temporibus aptissima mihi quidem videtur, nam, animis effeminatis, simplicitate morum decessa, civitatis magnitudine aucta, imperator potius quam libera res publica populo libertatem afferre valet.

16. OTÁZKA

A: Klasický pozitivismus

Comte; Mill; Spencer

B: sociální a politická filosofie období pozitivismu (Comtova sociologie – sociální statika sociální dynamika, zákon tří stádií; Spencerova sociologie – vojenský a průmyslový typ společenského zřízení); etický utilitarismus (Bentham, Mill)

C: Mill: O svobodě, Utilitarismus

D: Balduin z Canterbury – traktát o rozlišování mezi míněním a realitou

Ex tractatibus Balduini Cantuariensis

Spiritus hominis de cogitationibus suis, non semper ut in re est, ita sentit. Et quas ante oculos mentis cernit, oculis caligantibus subtiliter non discernit. Sunt enim quaedam verarum virtutum similitudines et similiter vitiorum, quae oculis cordis illudunt, et quasi quibusdam praestigiis aciem mentis ita perstringunt, ut saepe species boni apparere videatur in re non bona, et item species mali in re non mala: quae est pars miseriae et ignorantiae nostrae, multum nobis dolenda multumque timenda. Discretio vero mater omnium virtutum, et ipsa singulis necessaria est, sive in regimine alienae vitae, sive in directione vel correctione propriae. Discretio autem est, per piam intentionem simpliciter agere, quod dupliciter faciendum non est – pia intentio fictionem excludit. Haec est autem vera discretio, rectae cogitationis et piae intentionis coniunctio.

17. OTÁZKA

A: Existencialismus a personalistická filosofie

Kierkegaard: člověk jako existence; odcizení a prožitek úzkosti a zoufalství; tři stadia lidské existence; příběh o Abrahámovi; Camus, Sartre, Marcel, Jaspers, Buber, Lévinas

B: Existencialistická morálka a Lévinasova etika

C: Kierkegaard: Bázeň a chvění; Sartre: Existencialismus je humanismus; Buber: Já a ty

D: Augustinus Aurelius – z Vyznání o podstatě „já“

Augustinus Aurelius: Confessionibus

Quis comprehendet quomodo sit (universum)? Ego certe laboro hic et laboro in me ipso. Factus sum mihi terra difficultatis et sudoris nimii. Neque enim nunc scrutamur plagas caeli aut siderum intervalla dimetimur vel terrae libramenta quaerimus. Ego sum qui memini, ego animus! Non ita mirum si a me longe est quidquid ego non sum: quid autem propinquius me ipso mihi?

18. OTÁZKA

A: Voluntarismus

Schellingova pozdní pozitivní filosofie; Schopenhauer: svět jako představa a jako vůle k životu; úděl člověka na světě; estetická, etická a filosofická cesta vykoupení; Nietzsche: romantické období – apollinské a dionýské umění, optimistický a tragický pohled na svět; vědecké období; metafyzické období – metafyzika vůle k moci a věčného návratu stejného, noetický perspektivismus

B: Nietzschova teorie nadčlověka, pojem nihilismu, kritika křesťanství, koncepce dvojí morálky

C: Schopenhauer: Metafyzika lásky a hudby; Nietzsche: Soumrak model

D: Bonaventura – na téma: Primát vůle vzhledem k lásce

Ex Itinerario Bonaventurae de Balneoregio

Qui igitur vult in Deum ascendere necesse est, ut vitata culpa deformante naturam, naturales potentias supradictas exerceat ad gratiam reformantem, et hoc per orationem; ad iustitiam purificantem et hoc in conversatione; ad scientiam illuminantem et hoc in meditatione; ad sapientiam perficientem et hoc in contemplatione. Sicut igitur ad sapientiam nemo venit nisi per gratiam, iustitiam et scientiam; sic ad contemplationem non venit nisi per meditationem perspicuam, conversationem sanctam et orationem devotam. Sicut igitur gratia fundamentum est rectitudinis voluntatis et illustrationis perspicuae rationis; sic primum orandum est nobis, deinde sancte vivendum, tertio veritatis spectaculis intendendum et intendendo gradatim ascendendum, quousque veniatur ad montem excelsum, ubi videatur Deus deorum in Sion.

19. OTÁZKA

A: Filosofie života a historismus

Bergson, Driesch, Klages, Keyserling, Simmel, Dilthey, Spengler

B: Bergsonovo pojetí otevřené a uzavřené společnosti; Simmelova sociologie; Spenglerova kulturní morfologie

C: Bergson: Čas a svoboda; Spengler: Člověk a technika

D: Tomáš Akvinský – O principech vládnutí

Thomas Aquinas: De regimine principum

Est unicuique hominum naturaliter insitum rationis lumen, quo in suis actibus dirigatur ad finem. Et si quidem homini conveniret singulariter vivere, sicut multis animalium, nullo alio dirigente indigeret ad finem, sed ipse sibi unusquisque esset rex, et in suis actibus se ipsum dirigeret. Naturale autem est homini ut sit animal sociale et politicum, in multitudine vivens, magis etiam quam omnia alia animalia, quod quidem naturalis necessitas declarat. Aliis enim animalibus natura praeparavit cibum, tegumenta pilorum, defensionem, ut dentes, cornua, vel saltem velocitatem ad fugam. Homo autem institutus est nullo horum sibi a natura praeparato, sed loco omnium data est ei ratio, per quam sibi haec omnia officio manuum posset praeparare, ad quae omnia praeparanda unus homo non sufficit. Nam unus homo per se sufficienter

vitam transigere non posset. Est igitur homini naturale quod in societate multorum vivat. Est igitur necessarium homini quod in multitudine vivat, ut unus ab alio adiuvetur et diversi diversis inveniendis per rationem occupentur, puta, unus in medicina, alius in hoc, alius in alio. Hoc etiam evidentissime declaratur per hoc, quod est proprium hominis locutione uti, per quam unus homo aliis suum conceptum totaliter potest exprimere.

20. OTÁZKA

A: Fenomenologie

Husserl: základní myšlenky fenomenologie; přirozený svět (Lebenswelt); Scheller: fenomenologická axiologie; Merleau-Ponty: fenomenologie tělesnosti; Patočka: asubjektivní fenomenologie; lidská existence jako pohyb

B: Husserlova a Patočkova filosofie dějin

C: Husserl - Karteziánské meditace; Patočka: Kacířské eseje o filosofii dějin

D: Augustinus Aurelius – „čas měříme duchem“

Augustinus Aurelius: Confessiones

Sed quomodo minuitur aut consumitur futurum, quod nondum est, aut quomodo crescit praeteritum, quod iam non est, nisi quia in animo qui illud agit tria sunt? nam et expectat et attendit et meminit, ut id quod expectat per id quod attendit transeat in id quod meminerit. quis igitur negat futura nondum esse? sed tamen iam est in animo expectatio futurorum. et quis negat praeterita iam non esse? sed tamen adhuc est in animo memoria praeteritorum. et quis negat praesens tempus carere spatio, quia in puncto praeterit? sed tamen perdurat attentio, per quam pergat abesse quod aderit. non igitur longum tempus futurum, quod non est, sed longum futurum longa expectatio futuri est, neque longum praeteritum tempus, quod non est, sed longum praeteritum longa memoria praeteriti est.

21. OTÁZKA

A: Martin Heidegger

Kritika tradiční metafyziky a projekt fundamentální ontologie; člověk jako pobyt (Dasein); základní rys pobytu - starost; existence autentická a odcizená

B: Heideggerova filosofie dějin

C: Heidegger: O pravdě a bytí; Co je metafyzika?

D: Augustinus Aurelius – problém historie a dějin

Augustinus Aurelius: De doctrina christiana – Ipsa historia ,

Narratione autem historica cum praeterita etiam hominum instituta narrantur, non inter humana instituta ipsa historia numeranda est; quia iam quae transierunt, nec infecta fieri possunt; in ordine temporum habenda sunt, quorum est conditor et administrator Deus. Aliud est enim facta narrare, aliud docere facienda. Historia facta narrat fideliter atque utiliter; libri autem aruspicum, et quaeque similes litterae, facienda vel observanda intendunt docere, monitoris audacia, non indicis fide.

22. OTÁZKA

A: Hermeneutika

Heideggerova hermeneutická ontologie; Gadamerova hermeneutická ontologie řeči; Ricoeurova hermeneutika symbolů a textů

B: Habermasova kritická a komunikativní hermeneutika; Apelova transcendentální hermeneutika a pragmatika

C: Gadamer: Problém dějinného vědomí; Ricoeur: Úkol hermeneutiky

D: Augustinus Aurelius – Slovo v mysli

Augustinus Aurelius: Sermo (Verbum mentis) –

Vox Ioanes, Dominus autem in principio erat Verbum. Ioannes vox ad tempus, Christus Verbum in principio aeternum. Tolle verbum, quid est vox? Ubi nullus est intellectus, inanis est strepitus. Vox sine verbo aurem pulsat, cor non aedificat. Verumtamen in ipso corde nostro aedificando advertamus ordinem rerum. Si cogito quid dicam, iam verbum est in corde meo: sed loqui ad te volens, quaero quemadmodum sit etiam in corde tuo, quod iam est in meo. Hoc quaerens quomodo ad te perveniat, et in corde tuo insideat verbum quod iam est in corde meo, assumo vocem, et assumpta voce loquor tibi: sonus vocis ducit ad te intellectum verbi: et cum ad te duxit sonus vocis intellectum verbi, sonus quidem ipse pertransit; verbum autem quod ad te sonus perduxit, iam est in corde tuo, nec resessit a meo.

23. OTÁZKA

A: Strukturalismus a postmoderna

Saussurův lingvistický strukturalismus; Kuhn: teorie vědeckých revolucí; pojem paradigmatu; Foucault: pojem epistémé; Lyotardův projekt postmoderny; Feyerabend: epistemologický anarchismus; dekonstrukce ve filosofii Derridy

B: Lévi-Straussova strukturální antropologie

C: Foucault: Archeologie vědění; Kuhn: Struktura vědeckých revolucí

D: Tomáš Akvinský – definování vědy

Thomas Aquinas: De Trinitate (definitio demonstratio – apodeixis)

Scientia enim naturalis in suis processibus servat proprium modum rationalis animae quantum ad duo. Primo quantum ad hoc, quod sicut anima rationalis a sensibilibus, quae sunt nota magis quoad nos, accipit cognitionem intelligibilium, quae sunt magis nota secundum naturam, ita scientia naturalis procedit ex his, quae sunt nota magis quoad nos et minus nota secundum naturam, ut patet in I physicorum, et demonstratio, quae est per signum vel effectum, maxime usitatur in scientia naturali. Secundo, quia cum rationis sit de uno in aliud discurrere, hoc maxime in scientia naturali observatur, ubi ex cognitione unius rei in cognitionem alterius devenitur, sicut ex cognitione effectus in cognitionem causae.

24. OTÁZKA

A: Novopozitivismus, analytická filosofie a kritický racionalismus

(Russell, Vídeňský kruh – Wittgenstein (jazykové hry), Carnap (verifikovatelnost jako kritérium smyslu); Quine; Popper (falzifikovatelnost jako kritérium smyslu)

B: Popperova kritika historicismu a teorie otevřené společnosti

C: Wittgenstein: Tractatus logico-philosophicus; Popper: Bída historicismu

D: Boethius – komentář k Aristotelovi: hermenetika neboli nauka o soudu

Boethius: In Librum Aristotelis „Peri Hermeneias“

Sunt ergo ea quae sunt in voce earum quae sunt in anima passionum notae et ea quae scribuntur eorum quae sunt in voce. Et quemadmodum nec litterae omnibus eadem, sic nec voces eadem. Quorum autem hae primorum notae, eadem omnibus passiones animae (sunt), et quorum hae similitudines, res etiam eadem.

25. OTÁZKA

A: Filosofie a přírodní vědy

(Filosofie přírody a přírodověda; vývoj přírodovědeckého obrazu světa v 19. a 20. století - evoluční teorie; teorie relativity; kvantová fyzika; kosmologie; teorie chaosu; teorie disipativních struktur)

B: Principy evoluční etiky a jejich důsledky

C: Polkinghorne: Kvantová teorie; Coles: Kosmologie

D: Albertus Magnus – Problém věčnosti světa

Albertus Magnus: De quindecim problematibus (Problema V., Quod mundus est aeternus)

Probatum autem est, quod motus localis non est nisi a generante aliquo, quod dando formam dat motum. Igitur id quod motum caelestibus attribuit, oportet, quod sit generans ea secundum materiam et formam. Caelum igitur cum omnibus quae in ipso sunt, genitum est secundum substantiam et naturam, et sic positio, quam dicunt, improbata est. Si autem dicat aliquis, quod hoc est verum in his quae moventur naturaliter et non de his quae moventur ab anima, hoc nihil est, quia motus superiorum non solum est ab anima secundum eos qui superiora animas habere contendunt. Si enim ab anima sola

esset et non a natura, etiam corporum lassitudinem induceret secundum eos etiam qui huius positionis sunt professores. Cum ergo naturae corporalis sit idem motus sicut consequens naturam et formam eorum, sequitur de necessitate, quod ante iam conclusum est.